



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Num. IL. ANNI 1676. 19. JUNII.

1676



EXTRAORDINARIAE RELATIONES ANNE 1676. 19. JUNII.

Diurnum, seu succincta, & superis extra ordinem divulgatis certior series eorum, quae ab exordio currentis lunae Caesarum inter & Gallicum Exercitibus acta.

Cum exercitus Caesarum prope Spiram nuper submissus videretur Philippopolitibus oblationem minari certam quasi expugnatione claudendam, ut salteret Gallos, sperantes, prosperum in Brabantia fore cursum expeditionum, dum obsidione dicta vires Caesarum labefactarentur; improvise autem relicta Philippopoli trans Sibus *VV. Eissenburgh* citatis gressibus in Gallos militantes Principi de Luxemburgh movebat castra, existimans, felicioribus multo avibus cum Gallico certamen habendum prius, quam accederent subsidiariae legiones e Brabantia: Galli, vix cognito Caesarum alicuius, quidquid virium virorumque poterant, in unum conjungebant Exercitum, ruptisq; mora prope *Kochersberg* in acie manipulos constituebant, & metu & admiratione suspensi, quod pegasis curibus & imperterritis animis noctu diu ascendentes, occurreret, assurgeret Exercitus Caesarum, quasi Gallicam aciem uno assultu devoraturus, quam ob causam formidinemque Gallos modestissimam maturantes fugam, quandoq; ad tentandam, si faveret, Martis aeam fugae cursum interrumpentes Caesarum Exercitus celerrimo accursu per *Kochersberg* sequitur, vitatque e sublimi colle Gallicae aliquot turmas Gen. Vigil. Magister Duiv valde stipatus sex dexterarum Caesarum alae centuriis insequitur, sequentibus Chivagnacae, Trautmandorficae & Lotharingicae desultoria legionibus, dein appropinquante ipso Principe Lotharingico cum ala dextera, a qua non procul aberat: cum fugientes illas turmas Generalis prior ad & in ipsa usq; castra insequeretur, Galli plenam in acie dirigebant milites & in acie paratissimi prius stabant quam Caesarum: ad certamen illi quamvis proclives videbantur, cedebant tamen, conjunctis Caesarum, in collem post *Vesselsberg* tribusque in tesserae ineundi consiliis explosis fulminibus tormentariis, Caesarum alterum in conspectu hostis colle descendebant: fuisset certo certius die illo pugnam accerrimam, nisi intersectorum vallorum & paludum multitudo inhiantes in proelium animosenses frenasset, qua de causa labentis quintae solae turmarum concurrentium velitationes claudabant: sexta sub matrescentis aurorae crepusculum Caesarum castra a sinistris per Montem *Seffelsberg* non procul a *VV. Selheim* promovebant, aliam collem occupaturi ad se facilius hostem impetendū, hic autem, tribus denud emisissis fulminibus, trans *Fridels- & Malzheim* quam poterat celerrimis passuum moribus cogitabat Tabernas Alsatiae *Ells- Zabern*, ita ut propter percurrentes difficillimos viarum anfractus Caesarum Gallos praevire nequirent, desultoriae nihilominus legiones glomeratis progressibus cedentem hostem subebantur insequi, & a Principe Lotharingico Comitibus Caprara ad generosos insultus exstimulatae attingebant prope Tabernas pagum vicinum nemori, quod in sui propugnationem Galli adnuebantur occupare: legio Caprarae opportune offendeat desultoriae & pedites Gallicae, all' angustis ternas uno impera cohortes non admittentibus, prima sub Comite *V. Verten* cruentis Gallos velitatione aggrediebatur, dumque cum interpeccione Vexilliferi centuriae praetorianae aliquantisper dimicatum, tormenta Caesarum atrahantur, comitata non paucis pedibus, qui in

vesperam multis fatalibus telis hostem frustra pertinaciter stantem verberabant, ingruente vero nocte utrimque velitationibus superledebatur: septima sub auroram Exercitus hostilis partim secundum Tabernas ad montem stativa fiebat inaccessibilia, partim in Lotharingiam properabat, ideoque minus nihilo hac die expeditum, solum in Caesarum potestatem labebantur octo pulveris sulphurei vasa fugae relicta, & captivi pauci, qui facebantur, cedentium suorum caeteri viginti quinque millia, triginta & duabus machinis curulibus armata: utrumque minus videbatur credibile, non aliis in tam propudiosam se fugam immississent: octava in ipsa hostilia castra, quae ad pedem dicti supra montis post Tabernas firmissime circumvallabantur, Caesarum, cum accedere non possent ipsi, in seram usq; noctem jaculabantur fulmina, quibus explorabant vix reparabilem cladē parturiri: asfirmabat hodie transfuga, se vidisse, tredecim suorum comilitonum uno fulmine fataliter percussos occidisse, a Rege, mandatum Duci de Luxemburgh, de seiret Alsatiam, quibuscumque etiam percuteretur claudibus, cum jamjam novae accederent suppetiae, in ultima velitatione prope *Greizfeld* ultra quadraginta Officiales, & procul dubio gregariorum plures occubuisse, non dubitandum de nece Generalis Hamilton, in praedam denique inter cetera datum tormentum grandius, curruntq; ornatoribus vestibus onustum nona praeter propriam Gallorumque mentem, Exercitus enim Gallicus centum etiam mille viris vix fuisset accessibilis, Caesarum, relicta Taberna, consummum pabulo reperiebant *Kochersberg*, ubi, refocillatis die totum viribus in noctem usque persistebant; decima consumebant utrinq; fluvium *Prensch & Ill* trajicendo, pernoctantes ad litus Argentoratense impedimentis mavoritii per urbem Argentoratensem tractis: undecima a matutino ad vespertinum crepusculum univertus Exercitus transibat pontem Argentoratensem, mirantibus singulis, quid improvise haec gestu portendat relictio jam tum, quocapira, tot sententia & imaginariis explicata: quinq; virotum millia manebunt in *V. Vistatten*, propugnatura dictum Rheni potem, Galli siquidem minantur populationibus & direptionibus vindictam propter indolentiam ab Argentoratensibus transitum. P. S. Aula Caesarea dicitur mandasse in Lotharingiam aut Alsatiam non irumpendum prius, quam expugnata fuerit Philippopoli, nunc certius certo quatienda obsidione, e vicinioribus Civitatibus tormenta & mortaria attrahantur.

Romae, 30. Idus.
Cum Pontifex Maximus decumbat gravissimo, jamjam forsitan agnoscaturus, Cardinalis Fachi-netti jam tum advenit, pluresque advenient. Cardinalis Storza excessit e viciis, seriatim secunda Pentecostes in Ecclesia Mariae Majoris splendidis ceremoniis est humatus. Classis Gallica sine ullo impedimento attingit portum Augustanum, sed ceteris conjunctura neutra Classis quid machinatur: Hispani in irreparabilem damnatum Mellavensium arboros fructificari, tribus excubionibus, lacessierunt munimentum *la Scaleta*, sed excipros subsistentis sinistri Martis purpura & trecentis desideratis fugientes, ad Mellavensium insecuti. Christinae Svecorum Reginae, quae ante hinc descendens & revertebatur in Pomeraniam servos suos Helvetos, musicos,

COPYRIGHT - NOT TO BE REPRODUCED PHOTOGRAPHICALLY WITHOUT PERMISSION

quodque Aulicorum dimiserat, accepto, ut dicitur, quinquaginta millium scutorum cambio, revocavit exautoratos, hic mansura. Vir Magnus hinc Aulicum suum origine hujatem miserat ad Principem Eudovicum trirerium Gallicarum Thalassum cum ducentis scutorum millibus & duorum Ducatum Gallicorum oblatione, quibus illum seduceret ad rebellionem in Hispanos & trirerium suarum conjunctione cū Gallicis: conjux Principis origine Hispana excoecata illo xre frustra ad id scelus maritum conata fuit inducere, justit enim hic Aulicum illū capite plexum, nudo corpore per Civitatem ligatisq; pedibus trahi & demum cadaver in quatuor partes distrahī. Edicto publico ducentos nummes coronatos & duorum Apolidum liberationem promissus illi, qui duodecim candelaborum aureorum sues prodiderit, quamvis septem eorum restituta, quæ clam in Amphitheatro Titi sepulta reperimus.

Argentorato, 12. Junij.

Existimaveramus, convenienter nuperis, hodiernum veredarium multis præli descriptionibus onerandum, Lotharingicus enim Princeps hucusque conatus Gallos ad certamen elicere aliàs ad pugnam paratos; hi verò stare non auli, quod se numero viribusque putarent impares, post Tabernas se vineas recipiebant, insequentibus imperterritè tempus aliquod Casareis, quibus vix impedimenta nervumque non exiguum dabant spolio: hoc beati, Gallos proprio pulvere glandibique biduum quaciebant, sperantes, hac methodo, pellendum ex inaccessibili campo hostem, sed spes eos sefellit, dicuntur enim, Gallorum caërorum loco, septem aut octo accessisse millia, quarè, relecto gressu, Casarei pontem nostrum trajecterunt, partim ad obsidendam arctissimè Philippopolim descensuri, partim forsati ituri in Burgundiam: quid contra Galli cogitent, videbimus proximè: jam tum in vindictà indulti à nobis Rheni transitus gravissima huic urbi & annexis minantur, irritati nece Generalium Montclas & Hamilton, majoribusque cladiibus.

Hamburgo, 13. Junij.

Quamprimum munitio Zvingerentis, ut nuper memoravimus, invadentibus se Confederatis dederat coacta, ex altera illam & Stadam interjacente prædiali ad Stadenfes transfugerunt, quam exemplò Lunæburgicus miles ingressus, exstruxit suggestus, è quibus jam tum fulmina Stadam fatigant, obsessis non somnolentè respondentibus: novem rates Svecico-Gottenburgicæ graves suppetiis, pulsæ in Albim, nequeunt proposita sua exequi molimina, dicta munitione & aliis aditu interdicientibus; secundum tamam bis mille solùm Svecis armata, cum octo novemve leviora navigia ex alto in Albim cogitantia attineant, aliarum ad-aut abmeare audent nulla: Generalis Arensdorff ruricolos Hollatiz concitavit, invigilatos, ne naves illæ litus suum mordeant. In mari Baltico Classè Svecicam quadraginta inter ex una & Danicam viginti octo aut triginta ratium ex altera partibus naumachia est habita Bornholm inter & Insulam Man, Danis, quamvis eum ratibus suis Thalassus Tromp abserit, sibi victoriæ laurum adscribentibus, de cujus certitudine aliàs Hafniam duz Svecorum liburnicæ tractæ sunt, una decè, altera sex tormentis munitæ. Vi sententiæ in G. Greiffenfeld lætæ, eidem dextera amputari, plecti capite, in quatuor divelli partes & exuri debuit; regina verò clementia sententiam illam ita mitigavit, ut dignitatibus exutus, capite (quod jam tum privatim factum) plecteretur, & undique omnia ejus insignia pedibus licitorum comminuerentur, quod quoque visum fieri. Princeps Saxonica Slesvico protecta est Hafniam, ex opinione omnium, à Danorum Rege feudo Ducatus Slesvicensis donanda.

Ex Tractu Albi, 13. Junij.

Classis Svecica trigesima Maji è litore Holmiano, Imprimebat PETRVS HILDEN S. C. M. P. R.

quadraginta navortis, quæ partim 60. aut 70. partim 80. aut 90. aut 100. immò & aliquæ 120. tormentis sunt instructæ, & viginti incendiariis navibus valens, secundis ventorum flatibus vecta in prospectum Bornholmianum, eminis conspiciebat Danicam, sui metu volentem fugere in Sinum Codanum, à quo hanc proposito illa ventusque contrarij abstinebant, serà tandem vesperâ venientem ad propugnationem Iarmundicam & valla Pomeraniæ, ubi tenebris pugnam prohibentibus, sextâ labentis altera nitentur alteram convertere in fugam aliquâ; aucupatura inchoandi certaminis ansam, quâ, cedentibus nonnihil Svecis, datâ, sub septimam matutinam in atrox adeò descendebatur prælium, ut tandem Sveci, relictis sex suarum ratibus, multisque quasitis, in portus suos revolare ceperint: huic victoriæ non interfuit Archi-Thalassus Tromp, duas Danicis in *Kengerboll* reducibus conjuncturus, quibus unitis, ad alteram naumachiam Sveci provocabuntur. Beriienses docuerunt, à suis VVolgastenses oblioscione Svecicâ liberatos, novâque instructos annonâ, immò & aliam munitionem Svecicam improvisè obrutam exoneratamque tum præliis Svecicis in fugam tum tormentis bellicis in fundum fluxij præcipitatis.

Antverpiâ, 16. Junij.

Extraordinarius Cursor Cameracensis confirmat, à triginta & octo equestribus, defultoriis, & pedestribus nostratum centuriis stratas quinquaginta & septem Gallicas equestres sub imperio Baronis Quincy propè *Bouchain*, quadringentis Gallorum neci, duodecim & decimve labaris binisq; tympanis æneis spolio, multisq; captivitati datis. Confederatorum castra jamjam movebuntur, de gravibus enim hic est actum.

Inlaco, 17. Junij.

Hvjates ceperunt recent in hostilitatem cum Gallis excurrere: intellecto, Gallorum multos è Colonienfi, ut dicitur, Archi-Diœcesi per amplis onustus spoliis redire, Vicarius Saeco cum octoginta prædialiis præteritâ Solis egressus, illos propè Monasterium *VVienavv* post oppidulum *VVeisveiler* adortus, & octo illorum trucidatis, multis vulneratis, ceteris in fugam coniectis, bidud rediit, ampla prædâ, præter rapta illorum spolia, beatus, tribus solùm suorum vulneratis, quorum unus animam agere dicitur: eadem Dominicâ sub auroram octingenti tum pedites tum equites hinc iverunt Limburgum, magnum quid molituri, quoniam verò Galli per exploratores suos maturè nimis illorum adventum explicati fuerant, equites, re infectâ, Martis reverterunt, relictis ruri pedibus, quibus quia multi & præclari ad- & præsumt Officiales, singulare quid illos machinatos speramus.

Ex Tractu Rheni, 19. Junij.

Decimâ tertia labentis copiz Olmabrugensis, tribus legionibus & duabus turmis equestribus, tribusque legionibus pedestribus & duabus turmis defultoriis valentes, Lipsiadiam transierunt, eadem sub auroram lustratæ non procul ab urbe illa, & à Comite Lippè sui Duce quibuscunq; in ruricolos insolentis justæ superfedere, à quo tempore magis magisque huic Tractu appropinquarunt. Tractus Noviomagenfes videntur dicto vehementius jamjam ventitandi, cum altera belligerantium pars instantissimè dicatur armorum inducias petere, altera eas negare: Plenipotentiariorum Casareorū nonnulli domestici venerunt Noviomagum, a junctq; Oratores suos proximis ad volaturos, Baronem de Gocs, Comitem Kinsky & Marchionem de Grana. Quæ propè Rurmundam figi castra ceperunt, aucta sunt recens duodecim equestribus Brandenburgicorum, sex defultoriis centuriis & mille pedibus Neoburgicis, augenda pluribus. Ante decimam Julii Noviomagum non subibit Marefcallus de Estrades, ubi appulerunt D. Colbertus & D. d'Avux: illuc quâ Caduceatores Brandenb. deputati sunt D. Schvverin, D. Blaspyll & D. Brandt.